Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris Theologi Architectvra Christiana

Sandaeus, Maximilianus

Coloniæ Agrippinæ, 1653

Art. I. Tympani figura & usus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-46065

Visual Library

SERMO VIII.

TYMPANVM *Architecti Chriſtiani* ORATIO.

ARTICULUS I.

Tympani figura, & vſus.

VOCATVR ab Architectis Tympanum machina rotunda ad rotæ ſimilitudinem, quæ à calcantibus hominibus circumagitur, & axis fune obvoluto, ac circumgyratione effert lapides aliaque omnis generis pondera; vel aquam haurit ſitulis maioribus, vel e ruinis per canales, ut horti irrigentur. Huiusmodi Tympana in portubus emporiorum eſt cernere, ad exonerandas naves accommodata. Utiliſſimum Inſtrumentum, per quod facilis eſt graviſſimorum ponderum attractus. Lucretius libro IV.

Multaq; per trochleas, & Tympana pondere magno
Commovet atque levi ſuſtollit machina niſu.

ARCHI-